

1237, novembre, 7

*Sentència del bisbe Guillem de Cabanelles i del seu oficial, Berenguer de Galliners, en causa entre Arnau de Vilademany i Jusiana, esposa de Pere de Cervera, sobre el castell de Toralles i la possessió de Setcases, que denega la demanda d'Arnau.*

ASD núm. 118, perg. orig., 272 x 160 mm. Còpia; *Llibre de capbreuacions*, núm. 31, ff. 44-45.

Certum sit hoc scire uolentibus quod de placitum inter Arnallum de Uilademagno ex una pacte et dominam Iusianam, uxorem Petri de Ceruaria ex altera, de honore siue castro de Toralliis et de Septemcasis coram Bemardo de Gallinariis, officiali domini Guilielmi, Gerundensis episcopi, in quo placito talem dictus Amallus contra dictam Iusianam optulit libellum: Pono ego Amallus de Uillademagno quod Raimundus de Uillamulorum obligauit titulo pignoris domine Iusiane castrum de Toralliis et honorem de Septemcasis cum suis tenendonibus et pertinenciis pro quadam peccunie quantitate, quem honorem et castrum dictus Raimundus de Uillademulis dicte domine Raimunde de Montecluso in suo testamento legauit. Unde cum de fructibus seu prouentibus ipsius honoris sit ei satisfactum et ultra, et ego Amallus habeam locum et ius Guilielmi de Montecluso, filii et heredis ipsius domine Raimunde, peto dictum honorem et castrum et quod ultra dicta domina Iusiana inde recepit mihi · restitui, saluo iure addendi et c<etera>. Unde a pacte aduersa responsum fuit quod non credebat dictam dominam Raimundam de Montecluso uel dictum Guilielmum filium eius locum dicti Raimundi de Uillademulis cuius dictus honor fuerat habere uel unquam habuisse, unde de dicto honore non tenebatur in aliquo respondere eidem. Quibus auditis interlocutus fuit dictus officialis dictum Arnallum debere probare quod dicta domina Raimunda uel Guilielmus filius eius quorum locum se habere dicebat, locum dicti Raimundi de Uillademulis haberet. Et quia trina citacione et die peremptorie assignata et legitimisdilacionibus et diebus datis et assignatis per se el per alium in iudicio non comparuit nec probauit quod dicta domina Raimunda uel Guilielmus filius eius locum in hoc facto dicti Raimundi de Uillademulis haberet, dictus Guilielmus Gerundensis episcopus et dictus Bemardus officialis suus dictam dominam Iusianam ah obseruacione iudicii absoluerunt et Arnallum de Uillademagno audienciam denegarunt, ad suam petitionem non admittentes eundem.

Actum est hoc .VII. idus nouembris anno Domini .MCCXXXVII.

Sig+num Guilielmi, Dei gratia Gerundensis episcopi\*. Guilielmus de Orto, capellanus domini episcopi, testis\*. (*s. man*). Ego Bemardus de Gallinariis, officialis domini Guilielmi, Dei gratia Gerundensis episcopi, subscribo\*.

(*s. man*) Ollarius, notarius domini episcopi, hoc scripsit die et anno quibus supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 247-249